



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

OXFORD
UNIVERSITY
SCHOOL OF
ENGLISH



E Libris

Arturi S. Napier.



E752



300003816L

ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ HALENSIS
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE
RECTOR

EDVARDVS HEINE

CUM SENATU

NOMINA CIVIUM SUORUM QUI IN CERTAMINE
LITERARIO IN DIEM XXII. MARTIS A. MDCCCLXV
SOLENNIUM REGIS AUGUSTISSIMI NATALICIORUM
CAUSA INDICTO PRÆMIA REPORTAVERUNT
RENUNCIAT NOVASQUE SIMUL QUÆSTIONES IN
ANNUM SEQUENTEM PROPOSITAS
PROMULGAT.

PRAEMISSUM EST
CARMEN ANGLOSAXONICUM IN CODICE EXONIENSI SERVATUM
QUOD VULGO INSCRIBITUR

R U I N A E

EDIDIT EMENDAUIT IN LINGUAM VERNACULAM TRANSTULIT
ET ADNOTATIONES ADIUNXIT

HENRICUS LEO.


H A L I S

FORMIS HENDELIIS

A. MDCCCLXV.



CARMEN ANGLOSAXONICUM
IN CODICE EXONIENSI SERVATUM QUOD VULGO INSCRIBITUR
RUINAE.



Aquae Solis, fontes calidi in Britannia, Romanis insulam regnantibus clarissimi, et sine dubio etiam aedificiis magnis et splendidis ornati erant, ita ut civitas Romana circum eos orta barbaris castellum videretur pulcherrimum atque munitissimum. Chronicon Saxonicum ad annum 577 narrat, hoc castrum (a Saxonibus Acamanna Ceaster i. e. Castrum aegrotorum, sive Hâte baðu i. e. Balnea calida denique Baðon,* appellatum), a Ceâwlino, rege Saxonum occidentalium, ereptum esse Britonibus post pugnam apud Dunelmum. Longaeva in his potissimum regionibus bella cum Britonibus, nec non gravior superveniens pestis perniciose effecerunt, ut castellum quoque diutius in ruinis dirutum iaceret; sed non semper ita relictum est, nam aquarum calidarum fama iterum atque iterum homines aegrotos invitavit, ut iis sanarentur. Denuo effloruit civitas Baðon sive Bathonia. Ex illo vero tempore, quo iam diutius dirutum iacebat, servatum nobis est in codice Exoniensi fragmentum carminis in quo ruinae castelli descriptae et vetus thermarum pulchritudo laudata est.

Fragmentum hoc, quod vulgo inscribitur: ruinae, non sine lacunis et explicatio eius pluribus locis difficillima est, qua de causa lacunas explere, locos difficiliore adnotationibus illustrare, et carmen quoad nobis servatum est, in linguam vernaculam vertere nobis proposuimus.

* Quod nomen Baðun, Baðon e forma casus dativi plur. i. e. ät baðum (beiden bädern) correptum.

Vrätlic^a is pës vëal;
 Stân vÿrde^b gebraecon,
 Burgstede burston,
 Brosnað^c Enta^d geveorc.
 5 Hrôfas sind gehrorene,^e
 Hreorge torras,
 Rim^f geat-torras^g - berofen,^h
 Rim on-lîme,ⁱ

^a Vox vrätlic, pulcher, ornatus (vrätlic vord, eleganter dictum Andr. 630 vrätlic veorc, opus, aedificium pulchrum; be manna cräftum. 44) derivanda a substantivo vrät, frätü, frätevu, quod significat: caelatura, ornamentum (Andr. 336. Hpt. gloss. 522 Cädm. XIX. 2188. gefrätü, ornamentum Hpt. gl. 517. frät adject. superbus, speciosus, pulcher Andr. 571. 1506. Cynev. Crist 1374. be manna môde 48. frätvian verbum denominativum ornare Phoenix III. 239.) Hoc substantivum frätü sive frätevu derivandum a radice ëtan (eotan), edere; forëtan (quod verbum compositum in frëtan corripitur solet) edendo consumere, germanice: freszen (pro vereszen) sed etiam: rodere, caelare — inde frätü caelatura (quocum verbo quoad litteras convenit vox germanica: frätze, quae autem perdidit significationem originalem: opus caelatum, species caelata. cf. Dietrichii dissertationem ingeniosam inscriptam: schnitzwerk in Haupt zeitschrift für deutsches alterthum vol. X. p. 215.)

^b Vÿrd, fors, fortuna Cädm. XXII. 2389 Exod. VII. 457. Sal. et Sat. II. 855.

^c A radice breôtan (frangere, vincere) derivandae sunt voces: brytan, frustatim dispensare, confringere, destruere; brytsian, dividere in frustula; brosnian, frustatim decidere.

^d Entas (Enzen) cf. Grimm myth. 491. Hoc loco significantur antiqui civitatis sive castelli fundatores nomine Entas i. e. hoc in loco: Romani.

^e Hreôs an, corruere, occumbere, cadere; gehreôs an, facere ut aliquid corruat,

Kunstreich ist diese mauer;
 Den stein haben die schicksale gebrochen,
 Die burggebäude (stadtgebäude) sind geborsten,
 Der Enzen werk ist zerkrümelt.
 5 Die dächer sind eingefallen,
 Hinfällig sind die thürme,
 Die ringmauer ist der thorthürme beraubt,
 Die ringmauer ohne mörtel;

occumbat reimlied. 55. Sal. et Sat. II. 916. Cynev. Crist. 939; hryre subst. collapsus; hreorig (hreorg) adi. collapsus.

^f Rim. Haec vox marginem significat et circumferentiam; deinde etiam connexum, vinculum. Fere nusquam, nisi in compositis, occurrit, uti: dāgrim (et dāgrima), aurora, margo quasi diei; vudurima, margo sylvae (die waldtraufe); tōðrima, gingiva, margo, vinculum dentium. Hanc vocem etiam simplicem usitatam fuisse, non solum locus huius carminis probat, sed etiam posterioris temporis lingua, quae sicut hodierna adhuc anglica, voce rim significatione: margo, circumferentia, usa est.

^g geat-tor, turris portae, turris ad defendendam portam erecta. Composita vox sicut: stān-tor, turris lapidea Cādm. XIII. 1700.

^h berofen a verbo reôfan, abreptum, solutum esse; bereôfan, carere aliqua re, quia abrepta est; perdidisse; Cādm. VII. 463. randbyrig vaeron rofene; reâfan, abripere, rapere.

ⁱ onlime pro unlime a verbo: liman, cohaerere, adhaerere, lim, gluten, mortarium; limian coniungere, glutinare; liming, litura; lim, membrum arte connexum; pars adhaerens. Corruptio syllabae negationis un — in on — non raro invenitur e. gr. onlûcan (pro unlûcan) recludere; onrihtvis (pro unrihtvis in-justus etc.

- Scearde^k scûrbeorge,¹
 10 Scorene, gedrorene,
 Äldo underëtene.^{m 1}
 Eorðgrâpⁿ hafað
 Valdend vyrhtan,
 Forveorene,^o geleorene,^p
 15 Heardgrîpê, hrusan;
 Oð hund cneâ ²
 Verpeoda gevitan.
 Oft þæs vah gebâd
 Reghâr^a and reâdfah^r
 20 Rice äfter ððrum;
 Ofstonden^s under stormum.
 Steâp, geâp gedreâs.
 Vonað^t git, (vêðerum
 Ond vole)-num geheâven.³
 25 Fel⁴ on (foldan
 Unfeor gebÿcniad)
 Grimme gegrunde^u

^k sceard (a radice scëran, tondere, secare) subst. testa, testula, crôcsceard testula sive fragmentum urcei terreni; sceard adj. fragosus, dirruptus; screadian (pro: sceardian), in particulas secare (zuschneiden, zerschneiden).

¹ scûr, imber, procella; — etiam: imber sagittarum et jaculorum, pugna; beorh masc. tutela; healsbeorh (tutela colli) lorica; breostbeorh (tutela pectoris) lorica; bânbeorh (tutela cruris) ocrea; beorge fem. tutrix, healsbeorge (tutrix colli) lorica; cinbeorge (tutrix menti) inferior pars galeae; scûrbeorge (tutrix contra imbrem sagittarum) pinna in muro.

^m ëtan, edere, rodere; underëtan, perrodere.

ⁿ grîpan,prehendere; grâp, prehensio; eorðgrâp, prehensio terrae, carcer terrae.

^o veosan, debilitari, nutare; vësing confectio, debilitatio forveosan, marcescere, perire, putrefieri.

- Lückenhaft sind die pfeilbergen (zinnen),
 10 Zerschnitten. zerfallen,
 Vom alter durchfrefzen.
 Der griff der erde hält
 Herrschend den werkmeister fest,
 Den verwesten, verschwundenen;
 15 In fester faszung, den staub;
 Ihn, der vor (bis zu) hundert generationen
 Dermenschenvölker kundig war (nationum testis, coetaneus erat).
 Oft erlebte diese mauer,
 Die rehgraue und rothbunte
 20 Eine herrschaft nach der anderen,
 Uebrig geblieben unter stürmen.
 Die hohe und weite zerfiel.
 Immer noch schwindet sie mehr, von wettern
 Und wolken zerschlagen.
 25 Ihren fall auf die erde
 Deutet als unfern an
 Der grimm zernalmte

^p leôsan, abire, amitti; forleôsan amitti.

^q raega, capreolus; râh caprea; raega caprea; raeghâr, glaucus, fuscus uti capreolus.

^r feohan laetari; fagn (fâgn, fegn) laetus; fah laetis coloribus splendens multicolorus; reâdfah, rubicundis coloribus splendens.

^s standan, stare; ofstandan superesse, remanere.

^t vonað pro vanað; a verbo vanian (vanigean) minui; decrescere; contrarium verbi vaxan crescere.

^u grindan, raro significatione intransitiva hoc verbûm occurrit: „conteri“, uti hoc loco; saepius transitiva: conterere.

(Stângreota.)

Scân heo (scýne,

30 Burh niderscofen),

Orþonc - ärsceaft, †

(Þenden * heo on eorðan stôð.

Hrôf hringfah †

Vunderc)lam, † hrindum † beâh.

35 Môd mo(nigfeald

Veorces gemynede;

Snottor sveng cräftig)ne

Sviftne gebrägd

Hvättraed⁵ in hringas;

40 Hygerof gebond

Veal - valan^{aa} vîrum

Vundrum togädre.

Beorht vaeron burgreced

† Orþonc-ärsceaft hujus vocis pars prior derivanda est a verbo þingan, contractatum, contractum, gravem esse, proficere, laudari; þencian gravitatem alicujus rei ponderare, de aliqua re cogitare; þanc (þonc), cogitatio; ôrþonc, cogitatio originalis, ingenium, argute inventum, machinamentum; ôrþoncscepe, machina, mechanica peritia; ôrþonlice adv. ingeniose, subtiliter. Pars posterior verbi: ärsceaft a verbo: sceapan, formare, creare; sceaft creatio, creatura; ädsceaft regeneratio; frumsceaft, prima formatio, origo, creatio; fordsceaft, formatio subsequens, excrescentia; ärsceaft, quod prioribus, antiquioribus temporibus formatum, creatum, factum est (uti ärcvide, priorum temporum fabula, ärvoruld prior mundus). Significat igitur: ôrþonc-ärsceaft, quod a genio antiquis temporibus factum, formatum est.

* þenden, ex quo; tam diu, quam—; á þenden hi lifdon, semper ex quo vixerant; Sal. et Sat. II. v. 932.

† hringfah. Quum (infra in versu 63) beâh aperte significat turrim, fortasse et hoc in loco hring significatione: turris sive turricula uti possumus; vox itaque hringfah significare potest: turriculis splendens, turriculis multiformis, ornatus. Fortasse hring etiam laminas denotat, quibus uti lorica annulis sic tectum quasi

- Steingries.
 Sie glänzte herrlich,
 30 Die niedergestofzene bürg (stadt),
 Das altwerk des genius
 So lange sie auf der erde feststund;
 Das durch ringe mannichfaltige (bunte) dach,
 Als ein wunderverband, zog es sich mit seinen rinden (be-
 35 Ein vielgewandter genius deckungen) hin.
 Betrieb das werk;
 Der erfahrene schwang den kunstreichen,
 Raschen hieb,
 Der scharfsinnige auf die ringe;
 40 Der wegen seiner klugheit berühmte
 Die mauererhebungen band
 In wunderbarlichen spiralen zusammen.
 Herrlich waren die burggebäude,

squamis infixis compositum erat. Sin ita est, interpretandum est hringfah: mit buntem dache. Hanc vocem hringfah hic substituimus, quia (infra v. 39.) vox hring usurpatur, ut significetur res, quam artifex formaverit.

¹ clam, nexus, vinculum; vundoreclam, nexus mirificus, pulcher et ingeniosus.

² rinde, cortex, liber, crustula; voces anglosaxonica et germanica rinde, rand et germanica rund cohaerent et verisimilem reddunt radicem rindan, amplecti, circumplecti, circumjacere. Scriptio hrinde error poetae; — voces, quarum prima littera aut r aut hr saepius inter se confunduntur, ex quo sentimus litteras r et hr jam paene indifferenter pronunciatas esse. Hrindan significat: cornu petere, percutere, a quo verbo vox hrider (pro hrinder, das rind) bos, originem ducit. Beôgan (beáh) significat: inclinari, declinari, vergere; býgan (bêgan; býgde sive bêgde) significat: flectere.

³ vale pl. valan significat: vibex, tuber; veal-valan igitur sunt partes prominentes sive eminentes muri; vire fem. spira; viran in spiris formare; gevîrede preôn, catenae, torques forma spirarum fabricatae; vealvalan virum prominentia muri forma spirarum formata; vundrum (proprie: dat. plur. vocis vundor) adv. mirifice.

- Burnsele monige,
 45 Heáh horngestreôn;^{bb}
 Heresvêg mycel;^c
 Meodoheal monig
 Mandreâma ful,
 Oðpät pät onvende
 50 Vyrð seo svíðe.
 Crungon valu^{cc} víðe,
 Cvômon völdagas:
 Svylt eal fornóm
 Secgrôf- vera.
 55 Vurdon hira vigsteal^{dd}
 Vêsten staðolas;^{ee}
 Brosnade^{ff} burhsteal.
 Bêtend^{gg} crungon
 Hergas to hrusan.
 60 Forðon þás^g hofu dreorgað,
 And þás teáfor-geápu;^{hh}
 Tigelum sceaðeð
 Hrost,ⁱⁱ beâges-hrôf;

^{bb} tecta domorum cornubus in fine ornata erant. Dictio heáh horngestreôn de-
 notat celsitudinem et magnum numerum domorum: excelsa erat cornuum possessio.

^{cc} Radix valan, occidere (sanscr. bal, balh, valh, occidere, ferire) in lingua germanica
 evanuit, sed voces derivatae supersunt, et quidem in dialecto anglosaxonica voces vâl
 (neutr. pl. valu) occisus, mortuus, cadaver — sed etiam numerus et multitudo occi-
 sorum in pugna, strages. — et: vól (occisor) pestilentia — inde: völdagas, dies
 pestiferae, tempora pestilentiae.

^{dd} vigsteal, propugnaculum, obstaculum, die schanze, befestigung, kriegsthurm
 an der mauer. Hpt. gl. 426. 487. 529.

^{ee} staðol (pl. staðolas) das fundament, grund und boden, fundus, aufenthalts-
 ort Cynev. Crist. 661. Hpt. gl. 474. 488. Audr. 1503. Cædm. Dan. 561. Sal. et Sat.
 II. 366.

- Viele säle mit brunnenstätten,
 45 Hoch der hornreichthum;
 Grofz das getöse der scharen;
 Manche methhalle war
 Des menschenjubels voll
 Bis dafz dieses veränderte
 50 Das mächtige schicksal..
 Weitherum fielen leichen,
 Es kamen tage der pestilenz:
 Der tod nam alles hinweg
 Der männerberühmten mannen.
 55 Es wurden deren rüsthäuser
 Wüste stätten;
 Es zerfiel das burggebäu.
 Büfzend fielen
 Scharen zum staube.
 60 Darum sind diese hochgebäude herabgekommen,
 Und darum diese rothen lücken.
 Die ziegeln zerbricht
 Der einsturz, das dach des ringes (thurmes);

^a vide supra nota c.

^{as} bêtan verbum factitivum radicis batan (praestare, bonum esse). Significatio primaria verbi bêtan est: praestantem, bonum reddere — sed usitatio significatio: meliorare, restaurare, satisfacere, mulctari, puniri Luc. XXIII. ib. Cynev. Crist. 1312.

^{bs} teáfor, minium, rubrica (in lingua antiqua boreali: taufr, týfr, veneficium, incantamentum, ars magica; in lingua germanica: zauber). Anglosaxonice teáfor praecipue colorem rubrum, ad scribendum et pingendum usitatum, significat; inde teofrian, pingere (ziffern machen). Vox composita teáfor-geáp interpretanda: lacuna rubescens.

^u hrost; verbum hapaxlegomenon — derivandum, uti videtur, a hreosan, corruere, occumbere; inde hrus, multitudo pulveris, quisquiliarum (germanice: grús), et hrost moles collapsa, collapsio.

- Hryrê vong gecrong,
 65 Gebrocen^{kk} to beorgum,
 Ðær iu beorn monig,
 Glædmôd aud goldbeorht,
 Gleôman^{ll} gefrätved,⁷
 Vlone aud vîngâl,
 70 Vighyrstum^{mm} scân;
 Seah on sinc,
 On sýlfor, on searogimmas,
 On eâd, on aeht,
 On eorcanstân,
 75 On þæs beorhtan burh
 Brâdan rîces.
 Stânhofu stôdon;
 Streâm hâte vearpⁿⁿ
 Vîdan vylmê;
 80 Veal eal befêng
 Beorhtan bôsmê,
 Ðær þa baðu vaeron
 Hât on hrêðre.
 Ðæt vâs hýðelîc.
 85 Lêton þonne geôtan
 (On geglengedan) stân
 Hâte streâmas (oð vâtersteal),

^{kk} brēcān, frangere, destruere, mutare in deterius.

^{ll} gleov (glȳv, glȳg) musica, cantus, ludus, nobilior laetitia; inde gleôman (glȳg-man), musicus, philosophus, homo eruditus et elegans. Codicis lectio gleôma sensum praebere non potest nisi casus genitivus pro instrumentali sumeretur, quod hoc loco fieri non potest; et etiam tunc gleôma mutandum esset in gleâma i. e. splendorum; gleâma gefrätved, splendoribus ornatus.

- Durch zusammensturz erlag das gefilde,
 65 In hügel verwandelt,
 Auf welchem einst mancher held,
 Fröhlich und glänzend von gold,
 Ein geschmückter künstler
 Stolz und weinlustig,
 70 In seiner kriegsrüstung glänzte;
 Hinschaute auf seine schätze,
 Auf silber und gefafzte steine,
 Auf seine herrlichkeit, auf seinen eigenbesitz;
 Auf edelstein;
 75 Auf diese der glänzenden burg (stadt)
 Weitmächtige herrscher.
 Steinbaue ragten noch empor.
 Der heisze strom ergofz sich
 In weiter wallung heraus;
 80 Mauerwerk umgab noch das ganze
 In einem glänzenden busen,
 Wo die bäder gewesen waren,
 Heisz in defsen innerem.
 Das war wie ein (sichernder) hafen.
 85 Sie lieszen sich nun ergieszen
 Auf den geschmückten steinboden (auf der mosaik)
 Heisze ströme, bis stehendes wasser,

^{mm} vighýrst, ornatus bellicus, militaris; hyrst enim significat ornamentum et hyrstan (germanice rüsten) ornare; vighyrst apparatus bellicus, kriegerische rüstung, kriegerischer schmuck.

ⁿⁿ veorpan significatio primaria: jacere se, erumpere, commutari; praesertim mutari in deterius, ut nos dicimus: die bretter werfen sich; saepius certe occurrit haec vox significatione causativa: jacere, mutare.

Ðæt hringmere hât, (hof gefyllode).

(Beorhtan gebýtlu

90 Þær þa baðu) vaeron,

Þonne (on är-dagum dreágon

Äfter dugeðum burhva)re.

93 Ðæt is cynelic þing —

ADNOTATIONES.

¹ Codicis lectio: undereotene. Vocalis *ë* saepius mutatur in *eo*; sed vulgaris forma est underetene. Occurrit etiam *etende* pro *ëtende* cf. Bosworth as. dictionary 25. j.

² Mutatio vocis *cneá* in *cneo* non necessaria, nam *cneá* forma correpta vocis *cneova* i. e. genitivi pluralis, qui casus bene congruit cum substantivo *hund*: centum generationum.

³ Codicis lectio *geheápen* — quum vero verbum *geheápan* sive *heápan* nusquam iam inventum sit, emendatio in *geheáven* et facilis est et sensum praebet bonum — nam forma anglosaxonica litterarum *p* et *v* paene eadem.

- Ein heiszes sich rings ausbreitendes meer, das gebäude erfüllete,
 Die glänzenden häuser,
 90 Wo die bäder gewesen waren,
 Als in früheren tagen strebten,
 Wie es tüchtig ist, die burg-(stadt-)bewohner.
 93 Das ist königliches wesen —

⁴ Causa mutandae vocis fel (casus) in feól (cecidit) nulla est. Locus maxime lacunis corruptus est.

⁵ Mutatio vocis hvätred in hvätraed meliorem scriptionem restituit.

⁶ pás pro paes (quae lectio est codicis) accuratior forma pluralis pronominis pæs; paes videtur solummodo mendum librarii.

⁷ lectio codicis gefrätved mendum est scriptoris.

Dicendum nunc est, quo successu de praemiis certatum sit a commilitonibus nostris.

Summe Reverendus Ordo Theologorum

hanc proposuerat quaestionem:

Reditus Christi in vitam mirabilis num interpretatione aut naturali, quam dicunt, aut mythica satis luculenter explicari possit.

Ad eam solvendam tres adolescentes in arenam descenderunt.

Ex quibus qui sententiam sibi elegit „Πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα στέρεται ἀληθείας· πλεῖστον γὰρ ἀεὶ ἰσχύει ἀλήθεια.“ eo prae caeteris se commendat, quod locupletiore suppellectile literaria instructus in argumento perquirendo et investigando egregiam diligentiam posuit, eiusque integrum ambitum et legitimo quidem ordine complexus est. Latinitas non admodum probanda, a vitiis tamen aliena est. Ingenii quidem acumine minus excellit, prudenti tamen iudicio nequaquam destitutus est.

Alterius libelli auctor, qui symbolum sibi elegit ex Siracide petitum „Φόβος Θεοῦ πλησμονὴ σοφίας,“ dicendi genere usus germanico potius quam latino, neque pari diligentia neque ex ordine totum argumentum perscrutatus est; egregiam tamen in recentissimis theologorum sententiis examinandis diligentiam, magnamque diiudicandi subtilitatem et acumen Ordini probavit.

Tertii libelli auctor, qui tessera usus est Augustini loco „hoc dandum est deo, eum facere aliquid posse, quod nos intelligere non possumus,“ sermone usus, quamquam non per omnia latino, elegantiore tamen et nitido, capita potiora ita expedit, ut iudicium solidum quidem, nec tamen satis limatum comprobaverit, ordinem in materia digerenda non satis curaverit, recentissimorum criticorum pericula huius quaestionis ex parte silentio praetermiserit; diligentiae tamen et iudicii specimen ediderit haud contemnendum.

Quae cum ita sint, illis duobus, quorum prius facta est mentio, paribus fere utrinque momentis, pariter dividere praemium lege constitutum

aequissimum visum est; tertius vero publica laude ornandus et publicae munificentiae commendandus.

Schedulis apertis tria deinceps nomina comparuerunt:

Eduardus Baack, Saxoborussus,
theol. stud.

Maximilianus Besser, Saxoborussus,
theol. stud.

Arthur ab Ortenberg, Rigensis,
theol. stud.

Alteri quaestioni, quam anno praeterito non solutam proposuerat ordo:

Quam vim habeat religio christiana ad respublicas et societatem humanam excolendas.

ne nunc quidem quisquam animum adiecit.

Illustris Ordo Iurisconsultorum

duas proposuerat quaestiones, priorem hanc:

Exponatur, quatenus principia iuris Romani de loco religioso in hodierno iure valeant, ratione habita iuris ecclesiastici, auctorum tam mediæ aevi quam recentiorum, et legisationum Germanicarum.

alteram hanc:

Exponatur doctrina iuris Romani de pactis dotalibus.

sed neutrum argumentum iuvenum qui iurisprudentiae operam dant studia excitavit.

Neque laetiores successum habuit ea quaestio, quam

Gratiosus Medicorum Ordo

commendaverat:

Inquiratur in medicamentorum, quae dicuntur Balsamicorum, Balsami Copaivae, Cubearum, Sabinæ, Iuniperi naturam, experimentisque probetur, utrum olea aetherea an partes eorum non volatiles resinosae ad effectus therapeuticos procreandos plurimum valeant.

Amplissimus Ordo Philosophorum

primum quidem hanc quaestionem proposuerat:

Templi Capitolini historia accurate enarretur, ipsius aedis species de-

cans), qui plurimum plantas incompletas, mycelia solummodo, raro fructus offerunt, in quas fungorum species adulti evolvantur, quibusque sub conditionibus morbos, in quibus occurrunt, gignere valeant?

Amplissimus Philosophorum Ordo

tres proponit quaestiones, primum philosopham hanc :

Exponatur et examinetur Lessingii sententia de religione.

alteram historicam:

Colligantur et diiudicentur omnia, quae de genere, bonis, et rebus gestis comitum de Bucha in Thuringia nobis tradita sunt.

tertiam denique hanc:

An liceat crystallorum systema rhombicum et clinorhombicum in unum systema subiungere.

Haec vobis, commilitones, proposita sunt argumenta, quibus sedulo pertractandis de praemio possitis contendere. Speramus autem etiam proximo anno non defore, qui nobis non solum industriam atque studiorum suorum alacritatem, sed etiam iudicii acumen probaturi sint.





